



**Conradi Oigenii J. C. Dissertatio De Primariis Precibus
Imperialibus**

Corradini, Pietro Marcellino

Friburgi Brisgoiae, 1707

XXXII. Concordata semper à Summis Pontificibus observata.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-63022](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-63022)

stum s^epe citat. tom. i. pag. 411. ad finem: & c^{um} quidam Episcopi conquererentur apud eundem Maximilianum I. quod contra pacta laudata expectativæ concederentur, Natio universa eidem Preces porrexit in hunc modum: *Sicut Regnum Francia pragmaticam habet sanctionem, sic Imperium Romanum habet concordata Principum; utque ea illæsa conserventur interest Cæsareæ Majestatis: raro tamen hactenus per Summos Pontifices violata sunt, & Auditores Rota juxta illa hucusque feruntur judicasse; & si aliquis Curialium per quamcumque dispensationem conaretur illa infringere, quod Episcopus, vel Princeps, vel Senatus ejusdem loci principiis obstando ei concordata inculcaret, pie exhortans ne contraveniat: sic apud eundem Goldastum Germania universa sollicita fuit de concordatorum firma observantia. Quamobrem audiri non merentur Acatholici, qui videntes hujuscemodi Preces adversari concordatis, Imperatores pacta à prædecessoribus firmata, rotisque cœtu Germaniæ laudata, ac tot edictis Imperatorum roborata, subvertere impunè posse arbitrantur.*

Facile etiam corruit aliud argumentum; quoniam si concordata inita sunt inter Summum Pontificem, & Imperatorem semper à

42 *De primariis Precibus Imperialibus*

Summis Pon-torem , cur successores Pontifices ex
tificibus ob-Germanorum confessione ad eorum ob-
servata.

servantiam tenentur , Imperatores verò
nequaquam ? Fridericus enim contraxit
tanquam Imperator de consensu omnium
Germaniæ Ordinum , atque ideo Imper-
atores omnes , quemadmodum Romani
Præsules ea pacta servare tenentur : quod
si dicatur primarias Preces , & jura Im-
perialia in concordatis non esse expressa ,
statim intelligitur id levissimum esse :
quippe prætendebant prædecessores Fride-
rici patronatum Regium in Ecclesiis Ab-
batialibus , & Cathedralibus Germaniæ ,
pluribusque ætatibus dederant investitu-
ras dictarum Ecclesiarum per anulum ,
& baculum , Romanis tamen Præsuli-
bus contradictibus . Hanc rem narrant
quotquot sæculi decimi-tertii , & sequen-
tis scripsere historiam , necnon Klokius
consil . 4. num . 34. vol . I. , Mayerus de
jur . primar . Prec . à nu . 30. ad 37. , &
num . 49. , qui fusissime nugis suis suad-
ere conatur ex eodem jurepatronatu
jus harum Precum profluere . Ergo si
jura ab Imperatoribus prætensa in concor-
datis minime comprehenduntur , ut Aca-
tholicis arrisit , poterant impunè , pos-
sentque etiam Imperatores patronatus ju-
ra , aliasque investituras Ecclesiarum Ca-

thedralium, & Abbatialium dare: quod nemo prudens dixerit: quin constat post concordata jam dicta, nullum Imperatorem spatio fere trecentorum annorum prædicta tentasse.

Enimvero in concordatis præsente & XXXIII. laudante Imperatore, totaque Germania plaudente, cautum fuit Cathedrales Ecclesiæ, & Abbatiales in futurum provi-
dendas, servata forma electionis cano-
nicæ, & sic cum plena libertate eligen-
tium: quod directe pugnabat cum in-
vestituris, & Regio patronatu ab Impe-
ratoribus expetitis, unde planum erat
hæc pacta, patronatus, & investitura-
rum prætensiones, quibus contradicebant,
sustulisse; neque necesse erat abusus
prædictos exprimere, cùm satis esset Im-
peratore præsente, & subscribente, iis-
dem per contraria pacta abrogatum. Sic
quanquam prædecessores Friderici prima-
rias Preces direxissent, neque eæ in con-
cordatis expressæ legantur; nihilominus
satis fuit Imperatori contrahenti nil re-
servatum fuisse, & pacta talia adjecta,
repugnantia omnino primariis Precibus:
quæ procul dubio contradicunt cuilibet
concordatorum verbo, ex superius rela-
tis, præsertim dum concordata prædicta
paulo post Basileense Conciliabulum

Concordata
electiones ca-
nonicas tuen-
tur.